ac pro re ipsa principali ex contentis Scripti praefati manualis non completa complenda, fraz ex nunc Mratz Stewgns (?) Gnosus Alexander Kopystynski, sive eius Successores ad instantiam praefati Gnosi [illegible] Thomae a Drohoiow Drohoiowski Vexilliferi Terrae Premisliensis vel eius posterorum, ad Iudicium sive Officium quodvis Regni [illegible] quod prius ex ipsis citabitur, extunc recessu supto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, rigorem praefati Iuris Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eaque ora inscribit et obligat praesentibus, illum terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate, maiorennitate, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Electionem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea ultra proximos Iudicii sive Officii cuiusvis Regni terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia praemissis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalibus Iuris, Exemptione Terrestri, bello, Conventione ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ac praemissa omnia mediante.

Drohoiowski Hoszowskim Coniugibus Obligat.

Comparens personaliter coram Officio Actisq praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus Generosus Christophorus Thomas a
Drohoiow Drohoiow Drohoiowski Vexillifer Terrae
Premisliensis. Sanus mente et corpore exnunc a Terris, Dicasteriis,
Juribus, Jurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus
recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Juris
dictioni, quoad actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac bonis
suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando
atq subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum reco
gnouit. Quia ipse Bona Juribus suis subiecta, nempe Villas
993 Chodnowice et Straplice, in Palatinatu Russiae, Terra vero
et Districtu praesenti Premysliensi iacentia et consistentia. Cum
omni bonorum eorundem Jure, dominio, proprietate, tituloq
obligatorio, omnibusq et singulis eorundem Vtilitatibus, fru
ctibus, prouentibus, redditibus, commodis, emolumentis, et
obuentionibus quibusuis: tum agris, pratis, fundis, campis,
pascuis, pascuarijs, sylvis, borris, gajis, nemoribus, indagi
nibus, rubetis, vepretibus, virgultis, mericis, stagnis magnis
et paruis, piscinis, fluuijs, fluminibus, lacubus, paludibus
riuis, riuulis, torrentibus, aquarum decursibus, molendinis
tabernis, horreis, allodijs, hortis, pomarijs, apum melli
ficijs, sepibus, sepimentis, structuris, curijs et aedificijs
quibusuis, necnon subditis, cmethonibus, hortulanis, in
quilinis, alijsq quibusuis bonorum praefatorum incolis,
eorumq laboribus, censibus, dationibus, vecturis, munijs,
officijs et obsequijs quibusuis, attinentijsq et pertinentijs
generaliter vniuersis, nihil ex praemissis Juris, dominij,
proprietatis, ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae sese Reco-
gnoscente, suisq Successoribus, aut quopiam alio reseruando

seu excipiendo, verum in late, longe circumferentia, liberque qua praefatorum bonorum haereditas, se, in suis metis et limitibus extendit et extenditur, et quia hac bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem legitime serviebant; Eamque nunc et de facto Gnosis Basilio Hoszowski, et Magdalenae ab eadem Drohoiow, suae Recognoscentis, cum Gnosa Zophia de Trzęskie, consorte sua legitima procreatae filiae, eiusdem vero Gnosi Basilij Hoszowski consorti futurae et eorum successoribus in summa Triginta Duorum Millium florenorum polonicalium hinc ex ab actu praesenti, ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post Triennium integrum proxime venturum incidens, et in defectu extunc eorundem bonorum Exemptionis, summaeque memoratae Triginta Duorum Millium florenorum polonicalium totalis et integrae realis persolutionis, extunc de Triennio ad Triennium, Festo ad Festum, et simili die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese determinantibus, Triennijs et Festis sese continue et immediate sequentibus, usque ad Exemptionem bonorum eorundem summaeque memoratae totalis et integrae realem et effectualem persolutionem obligavit, inscripsit et inuadiavit, prout obligat, inscribit, et inuadiat praesentibus. In quae quidem Bona supra praemissa omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata, iam ex nunc et de facto is idem Recognoscens Gnosus Thomas Christophorus Drohoiowski, praefatis Gnosis Basilio Hoszowski et Magdalenae Coniugibus obligatarijs suis, eorumque posteris, coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem, pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem, et Nobiles duos, die quacunque voluerint officiose apprehendam

per ipsos Gnosos Stoszowskie Coniuges obligatarios suos,
eorumq posteros, haec eadem bona praemissaq omnia pertinentibus
inuadiata, cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus
attinentiisq et pertinentiis generaliter omnibus tenendi,
habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice [illegible] possid[illegible]
ac ad Usus suos et suorum Successorum quosuis beneplacitos
libere et effectualiter convertendi, modo ac iure obligatorio.
Debebitq et tenebitur memoratus Recognos Gnosq Vexillifer
Terrae Premysliensis, qui se, ac suos Successores in et super
bonis suis generaliter omnibus, Summisq pecuniariis quibusuis
habitis et habendis, eisdem suprascriptis Gnosis Stoszowskim
Coniugibus obligatariis suis inscribit et obligat, praefatos
ipsos, et eorum Successores in dictis bonis praemissisque
omnibus pertinentibus per se Recognoscentem inuadiatis, et rone eorundem
omnium ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunque
personarum, cuiuscunque conditionis, Status et Sexus cuiusuis
existentium, in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quo
ties opus fuerit tueri, defendere, euincere, intercedere et li
berare, indemnesq cum posteris reddere, necnon haec eadem
bona, praemissaq omnia pertinentibus per se Recognoscentem obligata et
inuadiata, ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus
et posterioribus, super praemissa omni modo quouis cuicunq
personarum factis et fiendis, tum etiam a quibusuis
Citationibus super eadem bona Suprascripta modo quocunque
impetratis et impetrandis, Lucris denique et perlucris, proces
sibusq Iuris quibusuis in quocunq puncto et gradu Iuris
dependentibus, et in quouis Iudicio et Officio Regni obtentis
et obtinendis, ac super praemissis omnibus per se obligatis, per
ductis et perducendis emundare et eliberare, mundaque
et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam

coram Officio p̄senti admissam in fundis bonorum eorundem p̄sentium
inuadiatorum, dum per Ministerialem competentem et Nobiles
duos officiose requiretur non denegare, imo debebit et
tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, da
taque admissa eadem possessionem et usumfructum p̄missorum
p̄sentibus inuadiatorum quouis modo tamperare, quam per suas
quasuis submissas et subordinatas personas non impedire
nec adimere, ipsosque obligatarios suos et illorum posteros in p̄
missis omnibus p̄senti obligatis nullo modo iniuriari ita ut
hoc eadem bona, p̄missaque omnia p̄senti inuadiata ijdem obliga
tarij sui, cum suis posteris quieto et pacifice p̄senti Inscriptionis
obligatoriae vigore tenere habere et possidere queant, illisque
vtifrui possint vsque ad exemptionem bonorum eorundem sum
mae memoratae totalis et integrae realem ac effectiuam
persolutionem. idque sub vadio simili summae Triginta
Duorum Millium florenorum polonicorum, per eundem Recognoscentem
suos eiusque succores, supradictis obligatarijs suis, ipsorumque Succes
soribus, ob non completionem p̄missorum omnium et sin
gulorum tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit
ad soluendum succumbendo. pro quo quidem vadio modo p̄misso
ad soluendum succubito, ac pro re aequa principali ex p̄missis
non completa complenda, si etiamque extunc memoratus Recognoscens
Generosus Thomas Christophorus Drohowski, Vexillifer
Terrae Premisliensis, sive eius succores, ad instantiam p̄fatorum
Generosorum Basilij Koszowski et Magdalenae Drohowska
sibi coniugum legitimorum obligatariorum suorum, vel
eorum succorum, ad officium p̄sens Castrense Capitaneale
Premisliense, extunc re ipsa et facto, quo ad respondendum
spectat mediante, semper in primo Citationibus Termino

tanquam peremptorio stare, comparere, respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens, illum Terminum primum peremptorium, e[t] ab eo omnes eiusdem consequentes Causae cum suis terminis semper peremptorios veluti infirmitate, maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad Evictorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea utrasq[ue] officij praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis terminos, dicionem sibi non recipiendo, nullasq[ue] motiones, appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia per eius simplicibus vel triplicatis, exceptionibus suspensionibus, statutis Iuris, praescriptione Terri, bello, Conventione neque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, necmodo alio quouis evadendo. Ita sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Zelisławscy Krynickich et alios Quietant.

1094 Comparentes personaliter coram officio Actisq[ue] praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Georgius et Constantinus Zelisławscy fratres inter se germani, sani mentibus et corporibus existentes, a terris, dictibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesentis vero Castrensis Capitanealis Premysliensis Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atq[ue] subijciendo

palam